

a Iano. Februarium a Februo. deo lustrationum nominando; CCCL.III. diebus annum ad cursum lune disposuit. Quem Iulius Cesar. XI. diebus adiectis. sicut hodie servatur instituit. Ianuarius mensis a Iano dicitur. Ianus epicotarus fuit. et erit bifrons. I. duos oculos habebat ante et retro. vel secundum Isidorum. ianus. quasi ianua dicitur eo quod ianua et limes sit anni. Februarius. a februo deo lustrationum. Febris est nomen plutonis dei inferni. Martius a marte deo bellorum. Aprilis quasi aper illis ab aperitione frugum. Maius a maioribus vel a maia matre mercurii. Iunius a iunioribus vel a iunone. Iulius a Iulio cesare. Augustus; ab augusto cesare. September; septimus ymber a martio. October; octavus ymber a martio. November. IX. ymber a martio. December. X. ymber a martio. Quod modis dicuntur menses. IIII. quibus a diis; a regibus; a temporibus veris menses ipsos nominantur. IIII. quibus a diis; a regibus; a rebus; a temporibus.

§ III. *Hec est cronica* (V. fototipia n. 2).

Anno ab incarnatione domini M.XC.VII. Nicea urbs capitur. Anno. M.VIII.C.VIII. antiochia. Anno M.XC.VIII. § Capitur Ierusalem capitur. In eodem anno fuit primum bellum apud ascalonem. Anno. M.C.I; cesarea capitur. Anno M.C.II; fuit secundum bellum apud ramam babiloniorum. Anno. M.C.III; accon capitur. Anno. M.C.V; factum est tertium bellum babiloniorum apud ybelin. Anno. M.C.IX; tripolis capitur. Anno M.C.X; beritus capitur. et eodem anno urbs sydonia capitur. Anno M.C.XIII; factum est bellum apud tyberiadem. in quo non bene evenit nobis. Anno M.C.XV; edificatus est mons regalis. Anno M.C.XVIII; Balduinus primus Latinorum rex obiit. Anno. M.C.XXIII; factum est quartum bellum apud ybelin. Anno. M.C.XXIII; tyrus capitur. Anno. MCXXVI; factum est bellum marg. sophar. Anno. M.C.XLVII; rex francorum obsedit damascum. Anno. M.C.LIII; XIII. Kalendas Septembris; ascalon capitur. Indictio I. Anno. M.C.LVII. Rex almaricus